fugerunt & non uiderunt bonum ptranſier quaſi
naueſ poma portanteſ ſicut aquila uolanſ ad eſcā; ſi
cū dixero nequaquam ita loquar. Cū muto faciē me
am. & dolore torqueor; uerebar omnia opera mea.
ſciens quod non parceris delinquenti; ſi autē & ſic impius
ſū quare non fruſtra laboraui. ſi lotus fuero quaſi aquiſ
niuiſ. & fulſerint uelut mundiſſimę manus meae ta
mē ſordib; intingues me. et abominabuntur me ueſtimenta
mea; neq; enī uiro q̄ ſimilis mei ē reſpondebo. nec
qui mecū in iudicio ex aequo poſſit audiri; non ē qui
utrūq; ualeat arguere. & ponere manū ſuā in abo
b; Auferat a me uirgā ſuā & pauor ei non me terre
at; loquar. & non timebo eū. neq; enī poſſum metu
enſ reſpondere; Taedet animā meā uitae meae.
dimittā aduerſū me eloquiū meū; loquar in a
maritudine animae meae. Dicam dō; noli me
condēnare. Indica mihi cur me ita iudices. Numquid bo
nū tibi uidetur ſi calumnieris & opprimas pauperem
opus manuum tuarū. & conſiliū impiorū adiuues.
Numquid oculi carnei tibi ſunt aut ſicut uidet ho
mo & tu uideſ. Numquid ſicut dies hominis dieſ
tui & anni tui ſicut humana ſunt tēpora. ut quae
ras iniquitatē meā & peccatū meū ſcruteris. & ſci
as quia nihil impiū fecerim. Cū ſit nemo qui de
manu tua poſſit eruere. Manus tuae plasma
uerunt me & fecerunt me totū in circuitu &
ſic repente p̄cipitas me. Memento quaeſo quod
ſicut lutum feceris me & in puluerē reduces me;
Nonne ſicut lac mulſiſti me. & ſicut caſeū coagu
laſti me. pelle & carnib; ueſtiſti me. & oſſib;
& neruis conpegiſti me; uitā & miſericordiā
tribuiſti mihi. & uiſitatio tua cuſtodiuit ſpm

[illegible]
[illegible] tibi ſoli tacebunt [illegible] inriſeris
a nullo confutaberis; [illegible] ſermo
meus & mundus ſū in conſpectu tuo; Atq; utinā d̄s
loqueretur tecū. & aperiret labia ſua tibi. ut oſtende
ret tibi ſecreta ſapientiae. & q̄d multiplex ēēt lex
eius. & intellegeres q̄d multo minora exigaris ab eo
quā meretur iniquitas tua; Forſitan ueſtigia
dī conp̄hendes. & uſq; ad p̄fectū omnipotentē
repperies; Excelſior caelo ē & quid facies; p̄fun
dior inferno & unde cognoſces; longior terrae men
ſura eius & latior mari; Si ſubuerterit omnia aut in
unū coartauerit quis contradicet ei; Ipſe enī nouit
hominū uanitatem. & uidens iniquitatē nonne con
ſiderat. Uir uanus in ſup̄bia erigitur. & tamquā pul
lū onagri ſe liberū natū putat; Tu autē firmaſti
cor tuū. & expandiſti ad eū manus tuas; Si iniquita
tē quae ē in manu tua abſtuleris a te. & non manſe
rit in tabernaculo tuo iniuſtitia. tunc leuare poteris
faciem tuā abſq; macula. & eris ſtabilis & non ti
mebis. Miſeriae quoq; obliuiſceris. & quaſi aquarū
quae p̄terierint non recordaberis. & quaſi meridi
anus fulgor conſurget tibi ad ueſperā. & cum te
conſūptū putaueris. orieris ut lucifer. & habebis
fiduciā p̄poſita tibi ſpe. & defoſſus ſecurus dor
mies. Requieſces & non erit qui te exterreat. &
dep̄cabuntur faciē tuā plurimi. Oculi autē impi
orū deficient. & effugiū peribit ab eis. & ſpes
eorū abhominatio animae. Reſpondens autē iob
dix; Ergo uos eſtis ſoli homines. & uobiſcū morietur
ſapientia. & mihi ē cor ſicut & uobis. nec inferior
ueſtri ſum; quis enī haec quae noſtis ignorat. Qui deri

1r

XII

1